e-codices

sponsetur, et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter ut moris est cum precibus et oblationibus a sacer
dote benedicatur, et cetera quedam que in hunc modum ad [illegible] iunguntur dicens. Quamvis aliter presum
pta non coniugia sed adulteria vel contubernia vel stu [illegible] pra aut fornicationes potius quam
legitima esse dicenda sunt. Sed id in loco hoc [illegible] intelligi oportet legitima non esse vel
non fieri, scilicet illa que contra eam legem que in hunc modum coniuges desponsari instituunt. Illa quoque que preter ea
adiunguntur aliter presumpta adulteria potius vel stupra esse quam legitima coniugia, consequenter sub
sequenti sermone tempore dicens. Nisi forte voluntas propria suffragaverit et vota succur
rerint legitima. Illic quoque ubi voluntas propria et votum legitimum succurrit, etiam sine
his omnibus legitimum coniugium esse potest. Sine coniugium esse non potest vel illa non sunt, non baptismus
esse potest, vel non precedit fontis confectio, baptizandi cathecizandi exorcizatio, et vel
non subsequitur olei et crismatis unctio. Sed sicut baptismus esse potest sine illis, quamvis illa debeant
esse cum baptismo, ita et sine illis coniugium esse potest, ubi vel illa in coniugio, et cum coniugio esse de
bent. Illa quoque coniugium non in coitu constitit, sed in consensu, non consensu coitus, quia sicut sine coitu
ita et sine coitus consensu esse potest si forte utrinque castitatis et continentie proposito
placitum fuit. beatus ambrosius testatur dicens. Non defloratio virginitatis sed pa
ctio coniugalis coniugium facit. Item coniugium non facit coitus sed consensus. Quibus fides fuit omnia, et (?)
cum ipso coitu fruuntur. Ysidorus quoque dicit quia coniuges verius appellantur a prima despon
sationis fide quamvis adhuc inter eos ignoretur coniugalis concubitus. Sed forte videatur hoc contrarium
esse illi, quod superius diximus coniugium in consensu maritali sociari. Si ita a prima desponsationis fide
coniugium incipit cum fidem desponsationis in promissione futuri consensus precedere videatur, quomodo coniugium ab
hac fide initiari dicitur? procul dubio quia ipsum matrimonium consensum animi reprobatur (?). Sed fidem spon
sionem ipsam futuri matrimonii pactionem et promissionem intelligere debemus. tenemur
fide desponsationis impletionem promissionis et pactionis exhibitione convenientem acce
pimus. Atque non mirum quia in predicto consensu constat merito coniugium exordium sumere, quia
ideo quod fides pactionis et sponsionis que de futuro coniugio utrinque facta fuerat ad tempus (?)
sensu maritali coniugii sacramentum perficitur. Non ergo desponsationis ut ipsum coniugium
sensu quo matrimonium firmatur, sed pactionem et promissionem futuri consensus significare
in ipsa vocis expressione convenimus, quia et spondere non dare est aut facere sed promittere
unde et apostolus dicit. Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. Quod

License: CC-BY-NC – Engelberg, Stiftsbibliothek, Cod. 90, f. f.%2073r – Hugo de S. Victoris, De sacramentis fidei christianae (http://www.e-codices.ch/en/bke/0090/f.%2073r)